

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[71\] : De Argo, & capra cœlesti](#)

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document est une version augmentée de :*  
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[71\] : De Argo, & capra cœlesti](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 10 : De Argo nauis](#) a pour résumé ce document  
[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 11 : De Capra cœlesti](#) a pour résumé ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[71\] : Du Navire Argo, & de la Chevre celeste](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[71\] : Du Navire Argo, & de la Chevre celeste](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia  
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581  
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307  
Formatin-8  
langue(s)Latin  
Paginationp. 1052-1053

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Argo \(navire\)](#)

# Du monde

Animaux et monstes [chèvre](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

sic igitur opus esse prudentia demonstrabāt antiqui, & omnes sceleratos esse miseros.

*De Iafone.*

Significabant rursus per Iasonem, quem à iustissimo Centaurorum Chirone educatum memorant, & artem melendi edoctum, animo adhibendam esse medicinam, quæ prudentia est, ut viri boni, & fortes, & prudētes efficiamur. hunc sequitur cōsiliū sine Medea omnibus carissimis relictis, quoniam prudentia singula consilia debet antecedere. domanda est pertinacia, & superbia, & invidia, & ira, qui omnes animonū motus rationi & prudentiæ & medicinæ animotū sunt subijcendi: quæ nisi subegeris, ipse subigaris necesse est. maximè verò omnium colenda est Deorum immortalium religio, quæ res est omnium virtutum omnisque felicitatis principium. In tot verò labores Iason nauigans incidit, quia prudentia nulla est nisi in difficillimis rebus constituta. qui enim ad multas fortunæ mutationes & vicissitudines intrepidus non existat, hic neque bonus, neque prudens, neque constans iure potest appellari.

*De Phrixo.*

At qui fortunæ vicissitudines ferre æquo animo didicerit, cum omnino cuique ferre necesse sit, ille sapiens cum magna sua utilitate & non sine aliqua gloria existimari solet. Quæ fortunam si quis placidè ferre non potuerit, ille tanquam Helle in mare amplissimum miseriarum delabitur ob mollem & muliebrem animum. Qui verò sapienter rebus præsentibus uti cognouerit, illo proximè ad Deorū immortalium naturam accedere putandus est. Sin imprudenter & superbè abutatur, is ex altissimo dignitatis & potentæ gradu Deorum consilio tandem deijcitur, quoniam superbos & crudeles odit Deus.

*De Argo, & Capra celesti.*

Tantopere gratam esse Dijs omnem mortalium beneficentiam demonstrabant antiqui, ut Iouem vel Capram inter sidera collocasse memorauerint, quòd sibi lac præbuerit, & nauim Argon, quia tot heroes incolumes in patriam reuexerit. hanc consilio Palladis factam fuisse inquirunt, ut per hoc significant omnem beneficentiam, quæ quidem cum ratione suscipitur, gratam esse Dijs immortalibus, maximèq; laudabilem; quamuis

quamuis illa etiã que fortuitò, aut potius naturæ ductu, quàm iudicio fit, non sit reprehendenda.

*De Niobe.*

Cùm per superiora exempla ad beneficentiam & ad liberalitatem nos antiqui adhortarentur, nonnullas postea fabulas inuenerunt, quibus arrogantia & temeritas, & superbia deprimeretur, quo æquo animo omnes fortunæ vicissitudines perferremus. Nam cùm nonnullis ob felicitatem, amicorum contemptus, & acceptorum à Dijs obliuio, & Deorù ipsorum despicientia in animo oriatur: tunc proxima est Dei vindicta, que omnia vel felicissima vno die potest labefactare. Hanc temeritatem deprimentes antiqui, omnem que humanæ felicitatis inconstantiam ante oculos proponentes, Nioben abundantem rebus omnibus felicissimè eodem die, & iisdem carentem rursus introduxerunt, quoniam vel Deos ipsos irritasset. Sic Thamyris cùm nimis fuisset arrogans ob poeticæ facultatis peritiam, cum Musis certare ausus, satis ingentes suæ temeritatis pœnas dedit. Non enim conuenit rebus aduersis nimis tristari, aut prosperis nimis animo extolli, cùm rebus omnibus adhibenda sit moderatio, quia nihil boni habemus, nisi à Deo: ille enim deposuit potentes de sede, & excitauit humiles. Sic non leue supplicium passus est Marsya, quia vel cum ipso Deo, à quo canendi artem acceperat, de cantu contendere ausus fuit. Sic Arachne etiam fertur in bestiam mutata, quia ausa fuisset cum illa Dea, à qua didicerat texendi artificium, de artificio contendere.

*De Ixione.*

Tum rursus ad animorum nostrorum tranquillitatē multa fuerunt figmenta ab antiquis sapientibus prudenter excogitata. Non enim solam crudelitatem, & inanem gloriam ob felicitatem præsentem reprehenderunt, hominesque ad liberalitatem adhortati sunt, sed etiam ad expellendam ex animis nostris ambitionem & inuidiam, qui acutissimi sunt & infestissimi animorum nostrorum stimuli, & ad reprimendam libidinem, dixerunt Ixionem ob optatum adulterium de cœlo fuisse ad inferos deiectum, quod nonnulli ad historiam retulerunt. At verò quòd fuerit rotæ alligatus, à qua perpetuò circumferretur, illud certè ad historiam referri non potest. Cùm enim ex aulicâ familia regis eius cuius vxorem constuprate